



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Decreta Antheri papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

abijciet. In cōspectu oculoꝝ tuoz cōculcabit os suū, & sup sermones tuos admirabit. Nouissime aut̄ puertet os suū, & in verbis tuis dabit scandalū. Multa audiuī & nō coꝝ quauī ei, & dñs odiet illū. Qui in altū lapidē mittit, sup eius caput cadet, & plaga dolosi diuidet vulnera. Qm̄ q̄ fodit foueā, incidet in illā, & q̄ statuit lapidem proximo, offendet in eo, & q̄ laqueū alto ponit, peribit in illo. Facienti neq̄ssimū cōsiliū, sup eū deuoluet, & nō cognoscat vnde adueniet illi. Illusio & impropriū superboꝝ & vindicta sicut leo infidiabit illi, laqueo peribit q̄ oblectant casu iustoꝝ, dolor aut̄ cōsumet illos anteq̄ moriant̄, ira & furor vtraq̄ execrabilia, & vir peccator cōrrens erit illoꝝ. Qui vindicari vult, a deo inueniet vindictā, & pctā illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocēti te, & tūc deprecanti tibi pctā soluent. Homo ho mini seruat irā, & a deo quaerit medelā. In hominē simile sibi nō habet misericordiā, & de peccatis suis deprecā altissimum. Ipse dū caro sit seruat irā, & propitiationē petit a deo. Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimoz & desine inimicari, tabitudo em̄ & mors imminēt mādatis. Memorare timorē dei altissimi, & non irascaris proximo tuo. Memorare testamēti altissimi, & despicie ignorātiā proximi. Abstine te a lite, & minues pctā. Hō em̄ iracūduus incēdit litē, & vir pctōr turbabit amicos, & in medio pacē habētū immittet inimicitias. Secūdū em̄ ligna sylvaz, sic ignis exardescit, & secūdū virtutē hoīs iracūdia illius erit, & secūdū substantiā suā exaltabit irā suā. Certamē festinatū incēdet ignē, & lisfestinās effundet sanguinē, & lingua testificās adducet mortē, si sufflaueris q̄si ignis ardebit, & si pueris sup illā extinguet, & vtraq̄ ex ore p̄ficiscunt. Sufurro & biliguis, maledictus, multos em̄ turbauit pacē habētes, lingua tertia multos cōmouit, & disp̄sit illos de gēte in gentē. Ciuitates diuitū munitas destruxit, & domos magnatū effodit. Virtutes populoz cōcidit, & gētes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres vnitas eiecit, & priuauit illas de laboribus suis. Qui respicit illā, nō habebit requiē, nec habitabit cū requiē, flagelli plaga liuorē facit, plaga aut̄ linguaz cōminuit ofsa. Multi ceciderūt in ore gladij, sed necie q̄o q̄ interierūt p̄ linguā suā. Beatus q̄ rectus est a lingua nequā, & q̄ in iracūdiā illius nō trāsuiit & q̄ nō attraxit iugū eius & vinculis illius non est ligatus. Iugū em̄ illius iugū ferreū est, & vinculū illius vinculū aereum est. Mors illius mors neq̄ssima est, & vtilis potius infernus q̄ illa. Perseuerātia illius nō pmanebit, sed obtinebit vias iniustoꝝ & flāma sua nō cōburet iustos. Qui derelinquūt deū incidāt in illā, & exardescet in illis & nō extinguet, & immittet in eos q̄si leo & q̄si pardus laedet eos. Sepi aures tuas spinis & noli audire linguā nequā, & ori tuo facito ostia, & feras auribus tuis. Aurū tuū & argētum cōsta, & verbis tuis facito staterā, & frenos ori tuo rectos, & attēde ne forte labaris in lingua tua, & cadas in cōspectu inimicoꝝ infidiantū tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Ne tardes cōverti ad dñm, & ne differas de die in diē. Subito em̄ veniet ira illius, & in tpe vindictae disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis, nihil em̄ proderūt tibi in die obductionis & vindictae. Nō ventiles te in omnē ventū, & nō eas in omni via. Sic em̄ pctōr probat duplici lingua. Esto firmus in via dñi, & in veritate sensus tui & scia, & prosequat̄ te verbum pacis, & iustitiae. Esto māfuetus ad audiendū verbū vt intelligas, & cū sapientia fer responsū verū. Si est tibi intellectus respōde proximo, sin aut̄ sit manus tua sup os tuū ne capiaris in verbo idisciplinato & cōfundaris, honor & gloria in sermone sensati, lingua imprudentis subuersio ipsius. Nō appelleris sufurro, & in lingua tua ne capiaris & cōfundaris. Super furē em̄ est confusio & p̄cēnitētia, denotatio pessima sup bilinguē. Sufurratori aut̄ odiū est, inimicitia & contumelia. Iustificā pusillū & magnū similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperū em̄ & cōtumeliā malus hāreditabit, & oīs peccator inuidus & bilinguis. Nō te extollas in cogitatōe aīaz tuaz velut taurus, ne forte elidat̄ virtus tua sup stultitiā, & folia tua comedet & fructus tuos p̄det, & relinqr̄s velut lignū aridū in heremo. Anima em̄ nequā disperdit q̄ se habet, & in gaudiū inimici dat illū, & deducet in fortē impioꝝ. Charissimi oppressos erigere stude, & necesse habētes semp adiuuate, qm̄ q̄ fratrē afflictū releuat apprehēsum eripit, m̄cerētem consolat̄ ab illo sibi retribui cui totū impendit non dubitet q̄ ait. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Taliter em̄ bona indefinenter agere studete, vt fructū boni opis & hic cōsequamini, & in futuro gratia dei perfruamini, quatinus cōlestis regni aulā introire potestea mereamini. Data quinto Calen. Maij, Seuro & Quintiano. IIII. CC. consulibus.

Incipiunt decreta Anteri pape.



Harissimis fratribus p̄ Beticaz atq̄ Toletanz prouincias ep̄is cōstitutis, Anterus ep̄s i dño salutē. Optaui fratres charissimi semp dilectōis & pacis vestre syn̄ceritatis gaudia audire, ita vt vicissim discurrētibus lris sospitatis indicia iuuaretur, si q̄etos nos ab incursiōe sua vacare hostis antiquus sineret Qui ab initio mēdax inimicus veritatis, a mulus hoīs, quē vt deciperet se ante decepit pudicitiaz

Anno dñi,
29. tēpore
Maximij
m̄ imperat.

Decreta Antheri pape.

aduersarius luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur abstinentia punit. Odit ieiunia ministris suis prædicantibus dum dicit esse superflua. Spem non habens de futuris, apostoli sententia re-percussus dicentis. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. O felix audacia, O desperate mentis astutia. Ipse enim hortat odia & fugat cõcordiã, Et q̄ facile ad deteriorẽ partem mens humana transducitur, volens magis per spaciosam viã ambulare, quã arte vite iter cum laborare transire, qua de re fratres dilectissimi sectamini meliora, & semp̄ relinquit deteriora. Bona agite mala vitate, vt vere discipuli domini esse inueniamini. De mutatione ergo episcopoz vñ san-ctã sedẽ aplicam cõsultare voluistis, scitote eã cõmuni vtilitate atq̄ necessitate fieri licere, sed nõ libitu cuiusq̄ aut dominatione. Petrus sanctus mḡ n̄, & princeps apostolor̄ de Antiochia vtilitatis causa translatus ẽ Romam, vt ibidẽ potius proficere posset, Eusebius q̄q̄ de quadã parua ciuitate apostolica autoritate mutatus ẽ Alexãdriã. Similiter felix de ciuitate qua ordinatus erat electione ciuium propter doctrinã, & bonã vitã quã habebat cõmuni episcopoz & reliquoz sacerdotũ ac populoz consilio translatus ẽ ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatẽ qui nõ suo libitu aut abitu hoc facit, sed vtilitate q̄dã aut necessitate alioz hortatu & cõsilio potiorũ trãsfert. Ne trãsfert de minori auiditate ad maiorẽ qui nõ ambitu, sed propria voluntate facit, sed aut vi à propria sede pulsus: aut necessitate coactus aut vtilitate loci, aut populi, nõ superbe, sed cum humilitate ab alijs translatus, & intronizatus ẽ, quia homo videt in facie, deus autẽ in corde. Et dominus per prophetam loquitur dicens. Dominus scit cogitationes hominũ quoniã vanesunt. Nõ ergo mutat sedẽ q̄ nõ mutat mentẽ, nec mutat ciuitatẽ qui nõ sua sponte sed consilio, & electione alioz mutatur. Non ergo qui migrat de ciuitate ad ciuitatẽ qui non avaritiã causa, nec sponte dimittit suam, sed vt iam dictum ẽ, aut pulsus à sua, aut necessitate coactus aut electione & exhortatione sacerdotum & populoz translatus ẽ ad aliam ciuitatẽ. Nã sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos & reliq̄s sacerdotes, sic quoties vtilitas aut necessitas expoposcerit supradicto modo & mutare & intronizare potestatem habet, hæc vt petistis licet vobis ignota non sint tenenda mandamus, ne ignoratiã quorundam meliora & vtiliora vitentur, & inutiliora sumant, sicut in sancto legit euangelio, ve vobis hypocrite, quia decimatis mentem & anetũ & cuminũ, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, Iudiciũ & misericordiã & fidem, hæc oportuit facere & illa nõ omittite duces cęci excolentes culicẽ camelum aut glutientes. Quod licet non licet, & q̄d non licet licet. Quẽadmodũ iannes & mãbres restiterunt veritati, sic & illi mente reprobi amãtes voluptatẽ magis quã deũ. Quod licet docent non licere, id ẽ misericordiã nõ agere circa patientes necessitatẽ, hoc ẽ eis qui episcopũ non habent & sacro episcopali indigent ministerio, episcopũ de alia ciuitate causa vtilitatis vel necessitatis tribui, & episcopis psecutionẽ aut necessitatẽ patientibus, aliã cathedrã dari negãt. Contradiunt enim sacræ scripturæ, quæ testat male deũ misericordiã quã iudiciũ. Quæ precor maior charitas aut efficacius pietatis patrociniũ potest à quoquã alicui impendi q̄ si ignorantia tenebras, & imperitiã caliginẽ ab eo repellat. Demũ vere fidei doctrinã pabulo nõ ad questũ nõ ad ambitionem, sed eruditionẽ & ædificationẽ reficere. Tanq̄ enim mutilo sit manus, claudõ pes, oculus cæco q̄ ignorantia tenebris obuoluto sapientiã & scientiã thesaurum referat & cãdorẽ lucis viasq̄ dñi benigniter aperit. Vtriq̄ aut id ẽ, & famẽ verbi dei patiẽtibus & episcopis necessitatem qñ intronizant, ppter cõmunẽ vtilitatẽ in alijs ciuitatibus nõ modica exhibet misericordia. Negãtes aut hæc, vt speciẽ habeãt pietatis, virtutẽ tñ eius abnegãt. Nã in tali negotio p̄ sapiã nõ agnosco, si qñ tñ sapientiũ qñ insipientibus tẽpestatis huius pcella alijs sociãuit autoribus facinorũ participatione maculat, splendor sapiẽtis, & si cõmunionẽ criminũ incurrit tamen ducem se p̄bere peccãtib⁹. Alia q̄q̄ ẽ causa vtilitatis & necessitatis, & alia avaritiã & p̄sumptõis aut p̄prie volũtatis. Avaritiã q̄q̄ causa vel p̄sumptõis aut p̄prie volũtatis nõ sunt ep̄i mutãdi de ciuitate ad ciuitatẽ, sed vtilitatis & necessitatis. Quod nemo negat nisi hi de qbus dictum ẽ. Errauerunt in ebrietate, nescierũt videntẽ, ignorauerũt iudiciũ, nam si enarrando cogeret aperire transacta oñderem vobis nullũ euenire solatiũ de cõparatione factorũ. ¶ Cãterũ state charissimi sup vias aspicientes & interrogãtes, de semitis dñi antiq̄s, & videte quæ est via bona & recta, & ambulante in ea, & inuenietis regẽ animabus vris. Et vt iuxta sapientiã vocẽ dicamus, diligite iustitiam qui iudicatis terrã. Sentite de dño in bonitate, & in simplicitate cordis querite illũ. Quoniam inuenit ab his q̄ nõ tẽrat illũ, apparet aut eis q̄ fidẽ habet in illũ. Perueriã enim cogitationes separant à dño probata aut virtus corripit insipientes, quoniã in maliuolã animã nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sp̄s enim sanctus disciplinã effugiet victum & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripiet à superueniẽte iniquitate. Benignus est enim sp̄s sapientiã, & non liberabit maledictũ à labijs suis quoniam renum illius testis ẽ deus, & cordis eius scrutator est verus, & linguã illius auditor, quoniam sp̄s domini repleuit orbẽ

terraz, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere, nec perierit illum corripiens iudicium, in cogitationibus enim ipsi interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad deum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris veli audit oia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione quae nihil prodest, & a detractioe paritae linguae quoniam sermo obscurus inuacuum non ibit, os quod metitur occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitae vestrae, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrae, quoniam deus mortem non fecit, nec letatur in perditione viuorum. Creauit enim ut essent oia & sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis mendicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra viuentium. Iustitia perpetua est & immortalis, iniustitia autem mortis est acquisitio, impij autem manibus & verbis accerserunt illam, & stimantes eam amica defluerunt, & spersiones posuerunt ad illam, quoniam digni sunt ex parte illius. Dixerunt enim apud se cogitantes non recte, Exiguus est, & cum tedio tempus vitae nostrae, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis quoniam ex nihilo facti sumus, & post hoc erimus tanquam si non fuerimus, quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintille ad commouendum cor nostrum, qua extincta cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer. Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis & sicut nebula dissoluetur quae fugata est a radijs solis, & a calore illius aggrauata. Et nomen nostrum obliuione accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum, umbrae enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertetur. Propterea unicuique prudendum est, ut summopere se custodiat, & utiliter se prouideat, ut cum dies extrema finisque vitae aduenierit non traseat ad perpetuam mortem, sed ad vitam aeternam. ¶ Facta enim subditorum iudicatur a nobis, nostra vero iudicatur deus. Ex merito vero plebis nonnunquam episcopi deprauantur, quatenus procliuus cadant qui sequuntur. Capite languescente caetera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum peridiaque deripiunt. Caueat unusquisque ne aut linguam, aut aures, habeat prurientes, id est ne aut ipse alios detrahat, aut alios audiat detrahentes. Sedens inquit aduersus fratrem tuum loquebaris detrahendo, & aduersus filium matris tuae ponebas scandalum &c. ¶ Parcat singuli detractioe linguae, custodiantque atque sermones suos, & sciant, quia cuncta quae de alijs loquuntur sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij singulorum sit dilectissimi non solum oculis castos seruare, sed & linguam. Nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus per vos unquam nouerit. Habeant omnes simplicitatem colubae ne cuiquam machinetur dolos, & serpentis astutiam ne aliorum supplantentur insidias. Non est humilitatis meae neque mensura iudicare de caeteris & de ministris ecclesiae sinistrum quippiam dicere. Ab his ut quicquam sinistrum de his loquar, qui apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore communiunt, per quos nos etiam christiani sumus, qui clauis regni caelorum habentes ante iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus non obtulerit aut extra castra positus lapidabatur a populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens spirituali aduersione trucidatur, & eiectus ab ecclesia rabido demonum ore decerpit. Oportet enim, ut qui deum hereditate possident absque ullo impedimento seculi deo seruiant, ut dicere possint. Dominus pars hereditatis meae. O quam bonus & suavis est spiritus tuus domine in omnibus. Parcis autem omnibus quoniam tua sunt domine, qui aias amas. Ideoque hos qui exerrant peribibus corripis, & de quibus peccat admones & alloqueris, ut relicta malitia credant in te domine. Tu autem deus non suavis & verus es patiens & in misericordia dispones oia. Et enim, si peccauerimus tui sumus scientes magnitudinem tuae. Et si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. Spiritus timentium dominum queritur ab eo, & in respectu illius benedicuntur. Quapropter fratres charissimi omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad aedificationem oportunitatis ut det gratiam audientibus, & nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollat a vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulat in dilectione sicut & Christus dilexit vos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia non noietur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudine, aut stultiloquiū aut scurrilitas quae ad rem non pertinet, sed magis gratiae actio. Hoc enim scitote intelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorum seruitus non habet hereditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat in anibus verbis, propter enim venit ira dei in filios diffidentiae, nolite ergo effici particeps eorum. Eratis enim aliquando renebre, nunc autem lux in domino ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare opibus infructuosis tenebrae.

Decreta Fabiani pape.

magis aut redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis turpe est dicere. Oia aut quæ arguunt à lumine manifestant, omne enim quod manifestat lumē est, propter quod dicit, surge quod dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes, sed intellegētes quæ sit voluntas dei, & nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto loquētes vobismet ipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris, domino, domino gratias agētes semper, pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo & patri subiecti inuicem in timore Christi. ¶ State itaque fratres, & tenete traditōes apostolorum & apostolicę sedis, ut dominus noster Iesus Christus, & pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationē æternā, & spem bonā in gratia, exhortet corda vestra, & confirmet in omni opere & in sermone bono. De cætero fratres orate pro nobis ut sermo domini currat & clarificet sicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omne est fides. Fidelis autē deus est qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Quapropter ponite indefinēter corda vestra in virtute dei, & reseruite spiritus malis & enarrate hæc, iuxta vocē prophetę in progenies alteras, quoniam hic est deus deus noster in æternum, & ipse reget nos in secula. ¶ Unde vos qui in specula à domino estis constituti comprimere & repellere eos summoque debetis, qui fratribus insidias parat, aut in eos seditōes, & scādala excitat, facile est enim hominem verbo fallere, sed non dominum. Ideo hos reprehēdere, & ab his vos auertere oportet, sicut tenus extincta funditus hinc caligine lucifer eis resplēdeat, & lætitia oriatur in cordibus eorum. Cōsidimus autē de vobis fratres in domino, quoniam quæ precipimus & facitis, & facietis. Quāto enim beneficia vestra his amplius exhibetis, tāto maiore vicissitudinē ab omnipotenti deo cui seruistis expectatis. Omnipotens deus sua vos potestate custodiat, honorēque preceptūque seruare cōcedat, & gloria honorisque deo patri omnipotenti, eiusque vniuerso filio saluatori nostro cum spiritu sancto sit in secula seculorum. Amen.

Incipiunt decreta Fabiani pape.

C
Anno dñi
242. Des
cio impe
rante



LECTISSIMIS vbiq; catholicę Ecclesię comministris Fabianus, salutē in domino. Diuinis preceptis & Apostolicis monemur institutis ut per cunctas Ecclesias statu impigro vigilemus affectu, vñ cōsequēs est debere vos scire, quæ apud Romanā in sacro aguntur ritu Ecclesiā, ut eius sequētes exēpla, eius veri filij inueniamini, quæ vestra est mī vocata. Septē ergo diaconos in urbe Roma per septē regiones ciuitatis, sicut à patribus accepimus, habemus qui per singulas hebdomadas & dñicos dies atque festiuitatū solēnia cū subdiaconibus & accolis, ac sequentiū ordinū ministris, iniuncta sibi obseruat ministeria & parati omni hora sint ad diuinū officiū & quicquid eis iniungit pagendū. Sicut & vobis put opportunū fuerit per singulas ciuitates ē faciendū, ut diuinū absque vlla mora & negligētia studiose ac solēniter agat officiū. Denique septē sunt subdiaconos ordinauimus qui septē notarij iminerēt & gesta martyrum veraciter in integro colligerēt nobisque rimada manifestarēt, quod etiā vos oēs agere monemus, ne in posterū aliq; ex his dubitatio fiat, quoniam quicquid scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt. Et quoniam nostris temporibus veraciter scribunt ad futurorum doctrinā diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia committimus, ne aliq; in eis illusio inueniat ex quibus fidelibus scādalu (quod absit) oriatur, vñ & charitatē vestram p̄na dulcedie petim⁹ ut in cunctis affectū vestre charitatis scāta mō Ecclesia iueniat & fauoris vestri solatijs quicquid necesse fuerit, potius. Et sicut bonitas studij vestri de se nobis certitudinē prebet, ut in nullo diffidere debeamus de ea, sed magis ut sapientibus filiis Ecclesię nostrę, hęc fidutiā cōmēdamus, ita postpositas opportunitatis occasiones vestra efficacia elaborare enixius debet, atque in modis quibus possibile fuerit omni studio abigere cōtumelias. Hortamur etiā vos iuxta dictū Apostoli stabiles eēt, & immobiles abundātes in ope domini, semper sciētes quod labor vester nō est inanis in domino, & alibi: Vigilate & orate & state in fide, viriliter agite & confortamini, omnia vestra in charitate fiant.

D ¶ Insuper & illud vos scire desideramus, quoniam nostris temporibus prepediētibus quidē nostris peccatis, suadēte antiq; hoste qui spiritus leo rugiens circuit querēs qui deuoret. Superuenit Nouat⁹ ex Africa, & separauit de Ecclesia Christi Nouatianū & quosdam alios Christi cōfessores, & cōuertit in prauā doctrinā. A quibus vos fratres auertite & caute ab omnibus qui alterā fidē & doctrinā tenēt quā apostoli & successores eorum tenuerūt & docuerūt, ne (quod absit) post eū abeūtes in laqueū satanę cadatis & cōpedibus eius teneamini. Vñ fraternitatis vestre charitatē intimis obsecramus precibus, ut nostrę paruitatis in vestris sacris officijs memores eēt dignemini, orātes ac deprecātes dominum celi, ut tā nos qui scāta mī ecclesia Christi precioso sanguine redēpta à laqueis venētis satanę & ab importunis & malis hominibus liberemur, & sermo dei currat, & clarificet, & praua eorum & omnium puerfa docentiū corrumpat doctrina atque deficiat. Precamur etiā ut pietatis vestre precibus impetrare studeatis, ut deus & dominus noster Iesus Christus qui vult